

ceprum tenebant; neque aliquid potuerunt facere. Arma enim invicta, auxilium inexpugnabile, Dei nomen omnes expulit.

QUÆSTIO III.

Quare hic ponitur Deus, cum prius positum sit nomen Christi Jesu, cui Deus dedit hanc revelationem palam facere? quod alius explicatur.

18. Apocalypsis JESU CHRISTI, quam dedit illi Deus palam facere. Nunc hic venit explicandum illud; quam dedit illi Deus Beda existimat, hic haberi sermonem de Christo, ut deus est; Joannes enim more suo, quæ Christi sunt, ad Patrem refert: proindeque videtur existimare, quod sicut Christus potentiam efficiendi miracula doctrinamque suam Patri, à quo illa per æternam generationem accepit, tribuere consueverat. Ut cum dicebat Ioan 14. n. 10. Pater in me manens, ipse fecit opera, &c. 7. n. 16. Mea doctrina non est mea sed eius qui misit me. Ita etiam Joannes, cognitionem rerum, quæ hoc volumine traduntur, ait, quod Christus à Patre accepit, ut divinam Christi scientiam per æternam originem à Patre acceptam indicaret. 19. Tamen constans est omnium Patrum ac doctorum sententia, quod sermo est hic de Christo, ut homo est, ut dixi in expositione; nam ut deus est, nihil potest ei dici revelati, quod optima ratione probat Viegas. Quamquam enim Christus dominus ut deus est, scientiam rerum omnium à Patre habeat per suam generationem, hæc tamen cognitio nullo pacto Apocalypsis, sive revelatio appellari potest; nam revelatio comparati ne ejus, cui fit, est abscondita; & occultæ rei manifestatio: Christo autem secundum divinam naturam nihil potuit esse occultum, & absconditum: quippe illi ut deus convenit naturaliter evidens, & clara, tamen si à Patre accepta, cognitio. 20. Quare hæc revelatio post tantum tempus manifestatur. Quam dedit ei Deus; ei scilicet Christo, ut homini, hanc dedit revelationem in primo instanti suæ Incarnationis. Sed dices: cur tandiu distulit, eam servis suis manifestare, ac palam facere, scilicet post passionem, mortemque atque adeo post suam in cælum ascensionem? An quia tam sublimis est hæc revelatio tantorum mysteriorum, ut tanquam præmium Christi Passionis tribueretur; & ut fructus sessionis ejus ad dexteram Patris haberetur? An quia etiam servi illis his mysteriis exequendis aptiores nunc inveniebantur? 21. Quæstio tamen principaliter inquit, cur in hac libri fronte, nomen Dei non ponitur prius, sed antecedenter ad illud dicitur, Jesus Christus; sic scribitur: Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi Deus. Nomen Dei, sicut & deus omnia dignitate antecellit; cur non etiam ordine? Cur non potius dicitur: Hæc est Apocalypsis, quam Deus dedit Iesu Christo, non autem inverso ordine? Recte sanè optimus ordo servatus est; nam sæpè dictum est à nobis, quod Christus hic sumitur, prout homo est, cui Deus dedit Apocalypsim, ut eam manifestam faceret

servis suis. Ordo semper servandus, ut ab humilioribus ad maiora ac diviniora semper procedatur; non ab alto culmine, sed à fundamentis ad fœdium inchoatur, ut in sublimem molem erigatur: sic & Petrus nostro Salvatore dixit: Tu es Christus filius Dei vivi. Matth. 16. n. 16. Primò vocat Christum qui dicit naturam humanam in recto, deinde ad altiora progrediens filium Dei vivi appellat Aretas Episcopus. Ab humilioribus, ait, incipiens dispensationem; ad ea processit, quæ Deum magis decet; quemadmodum enim & Divinus Apostolus Petrus in sua confessione, cum dixisset Christus, mox subiunxit quod perfectissimum est, nempe Filium Dei, tanquam non potens Christi dispensationem dignis exprimere verbis: ita ergo, & hic cum nomini Christi conjunxerit servis suis, divinitatem, quæ in Christo est, designavit.

Ultimo ad calcem hujus quæstionis exponere modum dicendi: Quam dedit illi Deus Cur prius non dicitur: Quam Deus dedit illi? sic enim tam elegans, & nobilis esset oratio. Ad quid dicitur prius dedit, deinde: Deus: sic Deus est beneficium ac liberalis in nos, ut suum nomen pronuntiare noluisset, beneficio non prius apposito, ac ostenso. Scribens Moyses mundi creationem, ait: In principio creavit Deus Cælum, & Terram. Gen. 1. n. 1. Cur nomen Dei non apponitur, priusquam verbum creavit? dicens, in principio Deus creavit Cælum & Terram? propositio tunc non esset obscurior, aut inelegantior; verbum creare, operationem, ac exitum beneficium dicit; inde prius ponitur verbum, creare, quod actionem, & donum in nos collatum importat, quàm nomen Deus; quia sic Deus otium abhorret, & delectatur beneficio in nos concesso, ut suum nomen publicari noluisset, nisi beneficio elargito, ac suis creaturis dato. D. Theophylactus Patriarch. Antioch. lib. 2. Primò quidem ejus principium; & ejus creationem neminavit; deinde ipsum Deum posuit; non enim est fat, Deum temere, & otiose, nullo opere subiecto nominare.

QUÆSTIO IV.

Quare hæc revelantur à Deo, ut palam sunt servis suis.

Dicitur Apocalypsis seu revelatio Iesu Christi, quam dedit Deus illi palam facere. Ad quid expressè dicitur, quod hæc revelatio sit à Deo, cum enim sit revelatio à Deo Iesu Christo, à nullo alio poterat fieri nisi à Deo; ad quid expressè dicitur, quod ab eo sit facta ut cognoscamus quod omnis scriptura à Deo est, & quod Deus sit Auctor totius Scripturæ. Ait Regius vates Psalm. 48. n. 4. Os meum loquitur sapientiam, & meditatio cordis mei proude. Et statim subdit num. 46. Inclinabo in parabola in aurem meam. Merito du-bitabis, quomodo Propheta sibi conset. Nam si os ad loquendum præparaverat, quo pacto nunc aures applicat ad audiendum? Si se Magistrum promiserat, quomodo nunc se exhibet Auditorem? Non enim loquebatur, nisi quæ à Deo exaudiebat. D. Chrysolomus. Valde, ait, prouderit

denter hoc fecit: ne quis existimaret, esse humanum, quod dicitur; & ne haberet suspexam ejus inventionem. Similiter Theodoretus: Vult, inquit, dicere, se nihil loqui proprium, sed divine gratia instrumentum esse.

Ad nostram quæstionem tamen responder. Primò D. Antoninus tit. 6. de Ecclesiast. militia cap. 1. part. 1. histor. Ob insuperabilem, ait, evangelizandi constantiam à Domino transiit, amore relegatus in insulam Pathmos, in quâ destitutus humana consolatione consortio, divina inuenit allocationis consolationibus relevari. Erat Ioannes in insula Pathmos, ubi fœvissima tyrannide crudelissimorum hominum debebat, omnique humano auxilio destitutus erat: tunc invenitur per Angelum, eique deferitur Apocalypsis clavis magnorum mysteryrum, quorum cognitione maxime recreatus est animus Ioannis, ubi enim humana deest consolatio persecutionem patientibus, citò adest divina. Destitutus humane consolationis consortio, divina inuenit allocationis consolationibus relevari.

Secundò Gilbertus Prolog. in Apocalypsi. Omnes qui pie volunt vivere in Christo, ait apost. 2 ad Tim. 3. persecutionem patientur. Ne autem pœdes in his deficiant, consolatur eos Dominus, atque confirmat dicens, vobiscum sum usque ad consummationem seculi; & nolite timere pusillus grex; propitèrca videns Deus Pater tribulationes, quas passura erat Ecclesia ab Apostolo fundata supra petram Christum 3 ut minus timeant, disposuit cum Filio, & Spiritu sancto eas revelare, quæ tam fœliciter, Ecclesia passura sit in tempore primitivo, & nunc patiatur, & novissimis temporibus Antichristi passura sit, quando tanta erit tribulatio, ut si fieri potest, etiam noveantur electi. Et que pro his, & nunc in futuro præmia sibi susceptura; ut quos denuntiata supplicia terrent, promissa præmia lætificent. Revelantur hæc omnia à Deo, in quo magni labores, & persecutiones Ecclesiæ denuntiantur, ne in illis ejus fideles deficiant: inde de eis ut futuri momenti, ne inopinatos nos apprehendant, scientes, quod finem habituri sint, agnitio finis in laboribus, magnum eorum est levamen. Vide tom. 5. in Evang. lib. 7. cap. 11. n. 25. 26. deinde quia, si in hoc libro denuntiantur multæ vexationes, ac diversitates tyrannorum, etiam promittuntur magna præmia, quæ animos lætificent, & corroborant. Ut quos denuntiata supplicia terrent, promissa præmia lætificent.

Tertio D. Anton. tom. 1. p. hist. cit. 6. c. 1. De divini adiutorii, & futura remunerationis ac valorum punitione, efficacius in adversis roborem. Proponuntur in volumine isto æterna supplicia, ac pœnæ in peccatores, ac malos in p. & a, simulque justorum consolationes, ac præmia in cælesti Hierusalem, ut nos videntes justorum remunerationem, ac malorum punitionem in omni adversitate maxime roboremur in omni iustitia, & sanctitate.

Quartò Primaf. Omnis res, ait, que temporaliter geritur, habet exordium, & cursum, & terminum: post exortum autem Ecclesiæ, quæ jam Apostolorum fuerat prædicatione fundata, revelari oportuerit, qualiter fuisset latius propaganda; vel quali etiam freti contenta, ut Prædicatores veritatis hujus cognitionis fiducia freti, indubitanter aggredirentur pauci multos, inermes armatos, bumies superbos &c. Si Ecclesia tantis perse-

cutioibus erat vexanda si tot viri illustrissimi, tantis cruciatibus torqueandi, ad quid hæc mandantur palam fieri? nonne hæc audientes decident? minime, cum legant in hoc libro illis omnibus superiores evaluos, de illisque trophæo, ac victoria sublimandos; sicque tanti triumphu agnitio, imbelles animabuntur ad quælibet difficillima toleranda ac superanda.

Quintò aperiuntur justorum victoria, palma, ac etiam præmia eorum in cælesti Hierusalem; simulque iniquorum supplicia, mortes, incendia, ac durissima tormenta tartaræ, ut tantorum notitia maxime ad iustitiam trahatur. spes enim in præmiis, & supplicii metus, maxime homines in iustitia ac virtute continent.

Ait Christus suis discipulis: Simile est regnum cælorum sagena missa in mare, & ex omni genere piscium congregati. Matt. 13. n. 47. Valde mirum, quod Evangelica prædicatione sagena comparatur, ut homines ad cælestes virtutes trahat, & ab infimo peccati pelago extrahat. In sagena duo videntur fides; unus superius supernatat; alius vero quasi per ima reptat. Eifque duobus fimbis sagena p. lices capit, illis evadens mare, & replens terram; sed quoniam ministerio tanta est copia piscium in sagena; fimbis nempe. Sic & sagena, seu Evangelica prædicatione multas ad se trahit animas, aliis nempe duobus fimbis, metu nempe pœnæ significato in fane reptante per ima, ac spe præmiis indicata in eo qui per sublime fertur, ut sic dei sagena his duobus fimbis timoris, ac spei æternorum, tota repleatur, & multos, ac innumeros ad se trahat. D. Paschal. lib. 7. in Matth. Tributur, ait, hæc sagena duo in conexa fimbis per medium hoc mare; à summo usque deorsum extensa, sursum quædam spe super omnes fluitus sæculi vehementer erecta, & firmata; deorsum vero usque ad ima timore divini iudicii demersa. Vide lib. 4. in Evang. cap. 22. num. 71. 72. 73.

QUÆSTIO V.

Quare hæc Mytheria revelantur à Deo servis suis?

Sicut deus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, sic solem suum facit oriri super bonos, & malos; Cur ergo solum servis suis vult Apocalypsim, seu hanc revelationem tantorum mysteryrum fieri manifestam? Merito sanè; non enim sancta danda sunt canibus; nec mysteria iniquis aperienda, ne ea vel irideant, vel contemnent graves puniantur. Rich. Victor. Quibus ait, manifestari divina revelatio debet, demonstratur, cum subjungitur, servis suis; non superbis Philosophis, non incredulis Judæis, non immundis Christianis, non enim debent sancta canibus dari, nec margarita ante porcos spargenda; canes sunt infideles, fidei sacra persecutores, & ipsi oblatrantes, porci fœli Christiani, fidem quidem quantum ad credulitatem habentes, sed semetipsos vitio more porcorum sordiantes; hæcque sacra mysteria sunt celanda; illis propter carnem nequitiam, istis propter vitam pollutam.

Secundò. Cur non ait, omnibus, ut major largitas

Beda. Ioan. 14. Ioan. 7.

Viegas. Christus accipitur hic ut homo est.

20. Quare hæc revelatio post tantum tempus manifestatur.

Ab humilio ribus ad majora procedendum.

Matth. 16.

Aretas.

Cum deficiunt humana auxilia, adest divina consolatio.

22. Deus valde propensus ad beneficendum.

Gen. 1.

Theophyl.

Si supplicia terrent, præmia lætificent.

Si supplicia terrent, præmia lætificent.

D. Ant. m boni emiantur, mali puniuntur, in iustitia roborantur.

Psalm. 44.

Victoria cogitio dat animam.

28. Spes præmiis, & metus pœnæ, horitates ad iustitiam trahunt.

29. Matth. 13.

28. Spes præmiis ac supplicii metus, homines continent in virtute. D. Paschal.

30.

Sacra mysteria improbis non aperienda. Rich. Vict.

31.

Hugo. Caict. Match. 2. Humilis sit pariceps Dei mysteriorum. Pfalm. 73. n. 5. Posuerunt signa sua, signa & non cognoverunt. Et quæ fuerunt hæc signa, quæ posita homines obæcarunt, ne possent cognoscere? Explicat Hugo. Signa sua dicit, non Dei; sed Demorum. Signum enim Dei, est humilitas. Luc. 12. n. 2. Hoc vobis signum; invenientis infantem involutum, & possum in præscepio. Signum enim per quod invenitur & habetur, est humilitas.

De Christo D. ait Ioan. 13. n. 4. Surgit à Cæna, & ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteam, præceperit se. Deinde misit aquam in pelvium, & cepit lavare pedes discipulorum. Mysteria maxime abscondita celebraturus erat; & tamen hæc primum facit, ut se ad pedes discipulorum lavandos demittat. Cur Domine Sacram Eucharistiam instituens totum pedes lavas; cur tam abditum, & occultum sacramentum non magis explicas cum optime agnoscas, quod à tuis pro ejus expansione multa commentaria sint edenda: Divinus Magister sciebat, quod si discipuli in humilitate intruerent, inde amplissima apertura esset via, ad omnium mysteriorum agnoscendam veritatem D. Bernardi tract. de gradibus huius. S. interlucet; sic ait, Tractabatur discipulis humilitatis formam veritatis magister, quia in primo gradu primum est veritas innotesceret.

Tertiò Multæ persecutiones, & tyrannides hic denunciabatur; inde eos, ad quos Apocalypsis destinatur, servos vocat, ut hoc magno nomine servi Dei, habeant in omni labore levamen, cum videant quod pro Domino suo patiantur: volebat David edificare templum Domino: mandat ei Deus per Nathan, ut hanc curam deponat & ait Deus ad Nathan Prophetam: Vase, & loquere ad servum meum David. 2. Reg. 7. n. 5. Cur Deus Davidem non appellat amicum suum, vel Regem Israël, sed servum suum: ceterè hoc nomine, quidquid David infamiae contraxerat pro non edificando templo, facile eradendum erat; & quidquid tristitiæ, seu doloris inde hauserat, illico imperandum n. Theodoret. ad h. nec locum q. 22. Primum quidem, ait, cum delinere appellatione servituti, Est autem summus honor, nominari servum Dei. Est tantus huus nominis splendor, ut omnes cuiuscumque tristitiæ molestias abstergat, Danielem Rex varius in lacum Leonum inclusus; inclusumque sic alloquitur: Daniel serve Dei n. Theodor. Ipsum non suam sed Dei servum appellat. Et cur Rex ipsum non dicit servum suum, vel Prophetam vel Israëlitam; Credo, quia cum danielem conclusum inter Leones, iniqua, & indigna patientem consolari vellet, & honorare; alium modum, quo id perficeret, non invenit aptiorem, quam Dei servum nuncupando.

33. Servus Dei nominari, maximus honor, maximaque consolatio. 2. Reg. 7. Theodor. Daniel 6. Theodoret.

QUÆSTIO VI.

Quare, cum multa, quæ hic revelantur pertineant ad finem mundi; dicitur tamen hic, quod oporteat fieri citò?

35. Rationem litteralem jam dedi in expositione, dicitur fieri citò, quia multa, quæ hic revelantur, citò fieri incipient: licet quamplurimè ad novissima tempora, ad Antichristumque pertineant, erant tamen alia non ita longinqua; nam aliquæ fidelium persecutiones, quæ hic revelantur, succurrunt sub Traiano, qui post Nervam successit domitiano. S. B. unonius Astenfis c. ait: Passionis maritimum hic narratur, quæ adhuc vivente Apostolo fieri cœperunt.

36. Secundò Aretas Capadociæ Episcopus. Eventum eorum, quæ hic tractantur, brevis pollicetur eventurum, non vulgari modo, sed mediis humana divinis, quorum collatione, etiam ea, quæ longissimo tempore, & post multos annorum milliariorum eunt, tanquam dies hesternæ, quæ prateris, aut nocturna vigilia reputantur. Similiter Andreas, Cæsar. Haymon. Ansbert Albert. Magn. Quæ in hoc libro narratur in fine sæculi eveniunt, utpote temporibus Antichristi, quomodo ergo dicitur quod oporteat ea fieri citò. Idem tamen citò fieri dicimus ea, quæ in fine mundi eventura pronuntiantur, quia longissimam presentis vitæ tempus æternitati comparatum, brevissimum, ac momentaneum estimandum est.

37. Haymon. Tertio haymo: Revelat, ait, Christus Joanni, id est Eccl. sua, ut ea, quæ citò adveniant, & ea quæ citò transeunt, ut dum se temporaliter cernit affligi, vel prosperari, cogitet brevitate istius temporis, & quæ velociter transeunt gaudia, & tribulationes cum tempore, & quot velociter appropinquant, sine fine mansura, ac per hoc nequaquam malorum prosperitatibus invidet, sed potius in suis adversitatibus gaudeat. Ioannes dicit quod hæc eventura sint ut ex celesti brevitate huius vitæ citò animetur iusti, ut teneant in laboribus tolerantiam & in bono, ac iustitia perseverantia. Quarto, iterum eadem verba Haymon. Ut ea quæ citò adveniant, & ea, quæ citò transeunt. Loquitur noster Ioannes de multis rebus, quæ fuerunt & erunt, usque ad finem mundi: & tamen omnia sub citissimi, ac brevissimi temporis nomine claudit. Et non alia quia omnia huius sæculi brevissime præterit & transeunt, utque brevissime transiuntur, cogitanda à nobis. Unde Christus d. re. n. nostro Ioanni suum secundum adventum ad finem mundi futurum ait: Ecce venio velociter. Ecce venio citò. Apoc. 22. n. 7. Ac si non longè ablit quod in fine mundi futurum sit; quod non uno verbo, sed duplici explicat. Velociter, citò. Sic clamat Sophonias 1. n. 14. Intra est dies seculi Domini magnus, iuxta est, & velox nimis. Naves ille erat in lecto suo nocte; & ideo ei dicitur: Stulte hæc nocte animam tuam repetes à te. Et dicebat secum: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos. Luc. 12. n. 19. Multos annos sibi promittebat. Aliter mundiales illi dicebat: Et nos nati continuo deservimus esse. Sap.

38. Haymon. Ex fugacitate vitæ fidelis in laboribus animatur.

Idem est nasci, ac mori.

40. D. Bern.

Tribulatio seculi habet opem auxilii divini.

41. Isa. 27. Septuag. D. Ambr. Homo cum impugnetur à Diabolo, Jesum habet defensorem.

42. Eccl. 4. Cum homo impugnetur secum Deum habet.

D. Hieron.

43. Quis Angelus. Dan. 9. Luc. 1. Match. 1.

49. D. August. D. Cyr. Euseb. Luc. 2. Luc. 22.

Tom. I.

n. 13. Quomodo ille tam longam vitam sibi pollicebatur hi vero tantam ejus breviteratem agnoscent: Dives erat obæcatus tenebris nocturni peccati; at verò mundiales erant in inferno positi, & supplicii aperti sunt oculi eorum, ut breviteratem huius vitæ agnoscerent, quod idem erat renasci, ac mori esse, ac desinere. Quintò, D. Bern. Sen. sic ait: Oportet, id est, quod opem portet, quia tribulatio opem portat. Divini auxilii, usque exercitii, & celestis stipendii. Corroborat Ioannes fideles, ut generose perfectiones perferant; & ad hoc subdit, oportet fieri citò. Expende, quod conjungit oportet, & citò. Necessarium est, ut hæc tribulationes citò fiant, non enim patitur Deus, ut sui diu sint in vexatione, ac afflictione, quando enim ibi sunt cum eis adeit Deus, opem & auxiliium ferens, quia tribulatio opem portat. Divini auxilii. Pfalm. 90. n. 15. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum.

44. At Isaias iuxta lectionem Septuag. c. 27. n. 3. Ego civitas munita, civitas quæ oppugnetur. Simul sustinet impugnationem, & accipit munitorem, impugnationem à diabolo & munitorem, ac defensionem à Deo. De Ambr. lib. 6. Exameron. c. 8. Ego civitas munita, ait, ego civitas obsessa, munita per Christum, obsessa per diabolum. Sed non debet obsidionem vereri, cui Christus adjutor est; munitur enim spirituali gratia, & secularibus periculis obsidetur.

45. Ait Eccl. 4. n. 12. Et si quispiam prevaluerit contra unum, duo resistunt ei. Si unus surgit in unum, quomodo duo resistunt ei: quoniam hi duo: homo scilicet, & Christus; nunquam enim homo relinquitur solus in certamine adversus diabolos, sed semper socium, ac protectorem habet Jesum, ibi D. Hieron. Si adversus hominem robustior in expugnando Diabolus fuerit, stabit homo, stabit & Christus pro homine; pro sodali suo.

QUÆSTIO VII.

Quare hæc non revelantur à Christo immediatè Joanni, sed per ministerium unius Angeli?

46. Sunt aliqui, qui nomine Angeli, hoc loco multos Angelos intelligi volunt; valde enim frequenter in Scripturâ numerus singularis pro plurali ponitur; tum etiam quia hoc libro multi Angeli introducunt loquentem Joanne. Tamen communis vox Interim est, quod unus erat Angelus, qui tantum legatus missus est ad Joannem, ut hæc inia diceret ac referret.

47. Quisnam esset iste Angelus res nobis omnino occulta ac incerta: suspicari potest, quod fuerit Gabriel, quia his valde frequenter missus est, in his, quæ pertinent ad Christum. Ipse apparuit Danieli 9. n. 21. & ipse missus est ad Zachariam. Luc. 1. n. 19. & ad sacratissimam Virginem Mariam. Ibidem n. 26 ipse & ad Joseph Virginis sponsus, Matth. 1. n. 20. Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph Qui erat Gabriel, ut docent D. Aug. serm. 14. de tempore D. Cyprian. 1. 2. contra Judæos Euseb. Gallican. in vigiliâ Nativitatis; & ipse in sacratissimâ Nativitatis nocte, missus est ad Pastores. Luc. 2. n. 12.

r. 9. juxta Tertull. Cypr. & alios ut ibi citavi, tom. 1. & ipse etiam juxta multos missus est in hortu ad Christum Luc. 22. n. 43. Vide tom. 5. lib. 8. cap. 2. q. 16. n. 14.

48. Quæstio tamen principaliter inquirat. Quare Joannes ait, quod hæc revelatio facta sit ei per Angelum? Primo, & genuina solutio est; quia Deus solet per Angelos homines docere, & illuminare, infirmi enim, ac inferiores per medios ac superiores instruntur. Hoc enim pertinet ad officium Angelorum qui sunt Dei legati, ac administratorii spiritus in ministerium missi. Hebr. 1. n. 14. Sicque Deus Isaiam, Jerem. Ezechielem ac Danielem, aliosque Prophetas, ordinari non immediatè per se ipsum, sed per Angelos docuit, eisque suas Prophetias revelavit, ac aperuit pro quo videndus est Cornel. à Lapide proemio in Prophetas, q. 1. Apocalypsim ergo hæc revelavit tota Trinitas Christo, ut homini; Christus Angelo aperuit, Angelus Joanni, Ioannes Ecclesiæ sicut eam hic scribit. Secundò Aretas. Per Angelum autem, ait, Divinum responsum servo suo Joanni sit: qui servus contestatus est sermonem Dei, ac testij hominum ipsius. Hac discendi figurâ, quæ veritatem doctrinæ suæ adstruit, in Evangelio quoque usus est, dicens: hic est discipulus ille, qui testimonium perhibuit de hoc, & scripsit hæc, & scimus quia verum est testimonium ejus. Io. 22. n. 24. Ut igitur in eo libro, ita & nunc inquit, quod testis est ejus, quod sibi ostensum fuerat per revelationem sibi dari à Christo testimonij. Totus est Ioannes, ut suis scriptis ac dictis reconcillet auctoritatem; sicut enim in Evangelio ait: Scimus, quod verum est testimonium ejus, & iterum qui vidit testimonium perhibuit. Ioan. 19. n. 35. Ita etiam nunc adjudicandam veritatem tantarum revelationum, ait, quod per angelum dei acceperit.

49. Tertio. Idem Aretas, Cum adjungit, ait, quod Christus myricam illam revelationem, nequaquam propriè oris oraculo, sed tantum per Angelum suum peregerit, quam sit veritatis tenax, adeoque amator ille, qui revelationum acceperat, insinuat. Explicat Joannes quod hæc revelationem per Angelum acceperit, ne quis sibi persuaderet, ore suo Christum hæc ei revelasse, quæ dicturus erat, magis volens veritati, ac sinceritati historiarum consulere, quam suæ gloriæ, ac propriæ auctoritati.

50. Quarto. Idem Aretas aliam rationem colligit ex his verbis: Mittens per Angelum suum servo suo Joanni. Hæc loquendi formâ usus est Joannes, ut Christi divinitatem ostenderet, cui videlicet, & Angeli famulantur, & sancti serviunt; nam antea Ioannes locutus est de Christo secundum humanitatem: Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi Deus. Ait illi, ut homini nempè, dedit Deus Pater. Nunc verò ejus divinitatem explicat: Mittens per Angelum suum servo suo Joanni, cum se ejus servum, & Angelum famulum appellavit, quod propriè ad divinitatem spectat.

51. Quintò. D. Bernardus Senensis: Nota, ait, quod Christus Virgo Angelum Virginem Joanni Virgini transmissit. Angelus, cum sit totus spiritus, valde virginitate eminet; hinc Angelus ad Joannem mittitur, qui virginitate Angelum referebat. Inde non mirum, quod passim in hoc libro Angelos legas ad Joannem delegatos.

52. Tom. I. B. Ioan.